



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

33 Excommunicatus rescriptum impetrare non potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

tionis sententiam, aliasq; censuras, & pœnas in eisdem litteris Apostolicis, & monitorialibus contentas incidisse, & incurrisse, nisi infra decem dies paruerit, quibus decem diebus elapsis, & non parito, con-
 27 ceduntur litteræ declaratorie excommunicationis, & si contra Episcopum, suspensionis à divinis, † nec admittitur exceptio
 contra actorem vigore litterarum in forma Brevis prædicti tenoris expediti, nisi excommunicationis, aut irregularitatis, vel, quæ oriuntur ex ventre litterarum ex supra deductis, quæ procedunt etiam in litteris reservationis pensionis, ut infra dicitur, & ita se habet † stylus Romanæ curiæ, qui facit jus. *c. venerabiles de confirm. util. vel inutil. c. ex litteris de const. & ibi Abb. n. 6. & Dec. n. 27. gl. in Clem. 1. §. secus in ver. presenti. de concess. praben. & in Clem. appellanti. in ver. expressas. de appell. Io. Andr. in c. unic. de rer. permut. in 6. & ibidem Franc. & Rota decis. 6. de consuet. in antiq. & omnes in foro ecclesiastico secundum dictum stylum judicare tenentur Gomef. in proom. reg. 9. 2. n. 10. circa fin. vers. ob eam causam, & Rota decis. 1. post med. de fil. presb. in no.*

Fallit tamen regula, quòd nemo possit excommunicari, nisi personaliter monitus, vel citatus, † quando non datur tutus accessus, de quo constare debet per testes deponentes saltem, quòd impossibile, vel non sit tutum, eos in domo citare. *Clem. 1. de iud. Rot. decis. 22. nu. 2. de rescript. in antiq. & Caslad. decis. 2. num. 2. de dol. & contumac.* quia tunc sufficit citatio, & intimatio per edictum, ad hoc, quòd quis possit excommunicari, † & probari debent duo: quòd edictum fuerit appositum in vicinis partibus, & quòd ad notitiam ad-

versarii verisimiliter potuerit pervenire. *Ægid. Bella decis. 188. & Felyn. cap. quoniam frequenter: §. porrò, ut lit. non contest. numero 20.*

31 Exceptio autem excommunicationis † in continenti probata excludit agentem, etiam si in litteris suæ provisionis fuerit appositæ clausula apponi solita: teque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa, latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, quia, quamvis, † in excommunicatum cadat titulus beneficii, & ordinis susceptio, ac valeant cuncta, quæ facit in sui essentia, licet non in exercitio. *Staph. de vi, & effect. claus. §. & primo n. 5, & 6.* dicta tamen clausula non prodest excommunicatis propter hæresim, nec illis, qui sunt excommunicati ob non partitionem litterarum executorialium, aut, qui per annum inforduerint in excommunicatione. *Felyn. in capit. Apostolica: in princip. de except.*

32 Imò, quia excommunicatus † rescriptum impetrare non potest, cum ejus impetratio sit nulla *c. 1. de rescript. in 6. & Felyn. in c. fin. num. 2. de except.* illa absolutio operatur, ut rescriptum valeat, nò autè absolvit ab aliqua excommunicatione propter verba in clausula appositæ, ad effectum præsentium dumtaxat, † quia, dictio hujusmodi taxativa firmat validitatem litterarum, ad quæ effectum absolutio fuit cōcessa, & negat, ac excludit omnes alios casus, præter expressos. *l. 2. C. de patr. qui fil. di-*

B b

stra

- stra Lobaus. C. de prad. min. c. cum Ecclesia
Sutrina. S. verum, quoniam de caus. poss. &
propr. & Bart. in l. 1. ff. si quis iurisd. non
obtem. & absolutio ꝑ ad effectum validi-
tatis litterarum operatur, ut obtem. abso-
lutione ab excommunicatione, illarum vi-
gore possit postea beneficium, sibi colla-
tum obtinere, quia per absolutionem re-
stituitur ad omnia. Abb. inc. 1. in princ.
vers. item si Episcopus. de prescrip. & Felyn.
in c. cum inter n. 19. de excep.
35. Quamvis enim a sententia ꝑ declarato-
ria excommunicationis regulariter possit
appellari. gloss. in cap. cupientes. S. insuper
etiam in verbo privatos, & ibi Franc. Dom.
Raven. de elect. in 6. Roman. sing. 21. 3.
post medium. Abbas in c. Parochianos n. 2.
in fine de sentent. excommunicationis. & Fe-
lyn. in c. Radulphus, numero quadragesimo-
tertio, de rescript. a declaratoria tamen da-
ta, vigore dicti Brevis, appellatio non ad-
mittitur propter clausulam, omni, & qua-
cunque appellatione remota, cum decre-
to irritanti, & clausula sublata, & ear. quæ
propter generalitatem verborum, omnem
appellationem comprehendit, & removet,
ita quod aliter iudicari non potest. Paris.
consil. 38. num. 4. lib. 4. cum alia alibi al-
legata, secus, ubi adest clausula, appella-
tione postposita compescendo, vel appella-
tione remota simpliciter, quæ in litteris A-
postolicis in forma communi sub plumbō
expeditis apponi solet, ꝑ quia illa removet
tantum frivolum, & injustam appell. c.
super eo. de off. deleg. cap. licet. de off. ord.
c. pastoralis. in prin. cum gl. in ver. expres-
se, de appell. Jal. in l. si is. pro quo. num. 5.
quod quis. iur. & in l. apertissimi numer.
18. C. de iud. Lap. alleg. 121. n. 4. vers.
item clausula. Rip. in cap. 1. num. 3. vers.
- sed, si removeatur. de rescript. & Mascard.
concl. 687. num. 3. de probat.
37. In litteris verò Apostolicis ꝑ provisio-
nis beneficiorum per resignationem va-
cantium solet apponi clausula, tu illic at-
tente circumspicias; an in resignatione
hujusmodi quam nos nullo vitio laborare
perpendimus, intervenerit dolus, fraus,
simoniae labes, aut aliqua alia illicita pa-
ctio, vel corruptela, & idem dubitari
potest, an debeat pro verificatione,
quod non intervenerit dolus, fraus nec
simonia, aut aliqua corruptela, formari
processus, Nam, aut præcessit accusatio,
inquisitio, vel simplex est secuta denuncia-
tio, & tunc Ordinarius litterarum executi-
tor contra accusatum, inquisitum, vel de-
nunciatum procedere debet, ut statuit Pi-
us V. in constitut. 5. Cum primum. S. & ut
præmissorum, de qua in Bull. Rom. aliàs non,
ibi Abb. num. 5. & Felyn. num. 11. de præ-
sumpt. c. 1. & ibi gloss. in verb. estimare de
scrut. in ord. sac. l. cum pater. S. rogo ff. de
leg. 2. ꝑ & dolus non præsumitur. l. me-
rito. ff. pro soc. & Paris. consil. 52. num. 27.
vol. 4.
40. Nam ꝑ renunciatio beneficii simonia-
ca non valet in favorem ejus, cui fit col-
latio, & tamen non est nulla in favorem
resignantis, ita quod jus adhuc remaneat
penes ipsum resignantem, sed per resigna-
tionem resignans titulum, & possessio-
nem beneficii amittit. Rot. decis. 4. num.
4. de renunc. in nov. Gomez. de infr. resig.
quest. 29. num. 3. Paris. consil. 135. num. 2.
tantum, quod resignans per simoniam ꝑ
non potest beneficium resignatum repe-
re, nec ille, qui illud per simoniam est ac-
secutus, retinere. Rebuff. in pract. benef. de
simon.